

muralē acceperat. vi. ciuicas. xxxvii. dona. xxxiii. cicatrices aduerso copore exceperat. P. Seruiliū magi-
strū eqtū seruauerat: ipse uulneratus humerū ac femur. Super oīa capitolū summāq; rem in eo solus a
gallis seruauerat: si non regno suo seruasset. Verū sunt in his quidē uirtutis opera magna sed maiora
fortuna. M. Sergio ut eqdē arbitrior nemo quemq; hoīum iure prætulerit: licet pronepos Catilina gra-
tia noī derogant. Secūdo stipendio dextrā manū perdidit. Stipēdiis duobus ter & uicies uulnerat⁹ ē:
ob id neutra manu neutro pede satis utilis. Vno tantū seruo plurimis postea stipendiis debilis miles.
Bis ab Hānibale captus. Neq; enī cū quolibet hoste res fuit. Bis uincalorum eius profugus. xx. mēsis
nullo non die in cathenis aut cōpedibus custoditus. Sinistra manu sola quater pugnavit: duobus eqs
insidente eo suffossis. Dextrā sibi fecit ferreā: eaq; religata prœliatus. Cremonā obsidione exemit. Pla-
centiam tutatus est. Duodena castra hostiū in gallia cœpit. Quā oīa ex orōne eius apparēt habita cum
in prætorio sacris arceretur a collegiis ut debilis. Quos hic coronarū ateros cōstructurus hoste muta-
to. Etenim plurimū refert in quā cuiusq; uirtus tēpora inderit. Quas trebia ticinūq; aut transimenus
ciuicas coronas dedere. Quā cānis corona merita. unde fugisse uirtutis summū opus fuit. Cæteri pro-
fecto uictores hoīum faere. Sergius uicit etiā fortunā. Ingenioꝝ gloriæ q; possit agere delectum p tot
disciplinarum genera & tātā reꝝ operūq; uarietate. nisi forte Homero uate græco nullū fœliciorē ex-
itū cōuenit: siue operis fortuna siue materia æstimef.

Diuersæ laudes plurimorum

Capi. xxix

Taq; Alexander magnus (etenī insignibus iudiciis optime citraq; inuidiā tā superba cēsura
pagetur) inter spolia Darii psarū regis unguentoꝝ scrinio capto quod erat auro gēmisq;
ac margaritis præciosum uarios eius usus amicis demonstrantibus: quādo tedeat unguē-
ti bellatorē & militia fordidū: imo Hercule inquit liberoꝝ Hōeri custodia de: ut præciosi-
ssimū hūani animi opus q; maxime diuiti ope seruaref. Idē Pindari uatis familia penatibusq; iussit pat-
ci: cū thebas raperet. Aristotelis philosophi patriam condidit: tantæq; rerū claritati tā benignum testi-
moniū miscuit. Archilochi poetæ interfectores Apollo arguit delphis. Sophoclē tragici cothurni pri-
cipem defunctum sepelire Liber pater iussit obsidentibus moenia lacedemōiis. Lysandro eorū rege in-
quiete sapius admonito ut pateret humari delicias suas. Requisiuit rex qui supremū diem athenis ob-
isset: nec difficulter ex iis quæ deus significasset intellexit: pacemq; funeri dedit.

Suam cre-
dit

De platone Ennio Virgilio M. Varrone & M. Cicerone.

Capi. xxx.

Platoni sapientiæ antistiti Dionysius tyraunus alias sauitiæ supbiaq; natus uitatā nauē mī-
sit obuiā. ipse quadrigis albis egredientē in littore excepit. Viginti talētis unā orationem
Ifostrates uēdidit. Aescias atheniēsis sūmus orator cū accusationē qua fuerat usus rhodi le-
gisset: legit & defensionē Demosthenis: ob quā in illud depulsus fuerat exiliū. Miratibusq;
tū magis fuisse miraturos dixit: si ipsum oratē audiissent: in calamitate testis ingēs factus inimici. Tu-
cydidē ipatorē atheniēses in exiliū egere. rerū cōditorē reuocauere: eloquentiā mirati cuius uirtutem
dānauerāt Magnū & Menādros in comico socco testimoniū regū ægypti & macedoniæ cōtingit clas-
se & p legatos petito. Maius ex ipso regia fortunæ prælata litterarū cōscientia. Perhibere & rōani p-
ceres etiā ex terris testimonia. Cn. Pōpeius cōfecto mithridatico bello intraturus posidonii sapiētia p-
fessione clari domū fores percuti de more a litore uetuit: & fasces lictorios ianuæ submisit is: cui se or-
iens occidēsq; submiserat. Cato cēsorius in iila nobili triū sapiētia procerū ab athenis legatōe audito
carneade: q; primū legatos eos cēsuit dimittedos: quoniā illo uiro argomētate quid ueri esset haud fa-
cile discerni posset. Quāta morū cōmutatio. Ille semp alioquin exitiali appellās noīe uniuersos ex ita-
lia pellēdos censuit græcos. At puepos eius uticensis cāton unū ex tribunatu militū philosophū. alte-
rū ex cypria legatione deportauit. Eadēq; lingnā ex duobus cātonibus in illo abiēcisse. i hoc iportasse
memorable est. Sed & nostrorū gloriā p cēsēamus. prior Africanus. Q. Enni statuā sepulchro suo im-
poni iussit: clarūq; illud nomē imo uero spoliū ex tertia orbis parte raptū i cinere supremo cū poetā ti-
tulo legi. Diuus augustus carmina Virgillii cremari cōtra testamēti eius uerecūdiā uetuit. Maiusq; ita uā-
ti testimoniū cōtingit: q; si ipse sua carmina pbauisset. M. Varronis i bibliotheca quæ prima i orbe ab asi-
nio pollione de manubiis publicata romæ & unius uiuentis posita imago est: haud minore ut equidē
reor gloriaprincape oratore & ciue ex illa ingeniorū quæ tūc fuit multitudine uni hāc coronā dāte: q;
cū eidē magnus pōpeius pyratico ex bello nauale dedit. Innumerabilia deinde sunt exēpla romana si
persequi libeat: cum plures una gens in quocūq; genere eximios tulerit: q; cæteræ terræ. Sed quo & te
M. Tulli piaculo taceā. quo ue maxime excellentē insigni prædicē: quo poti⁹ q; uniuersi populi & illi⁹
gentis amplissimo testimonio: & tota uita tua ad cōsulatū tantum operibus electis. Te dicente legem
agrariā hoc est alimenta sua abdicauerūt trib⁹. Te suadente Roscio theatralis seditionis auctori leges
ignouerunt: notataq; sedes ignominia discrimine æquo animo tulerūt. Te orate pscriptorū liberos
honores peterepuduit. Tuū catilina fuit ingeniū. Tu M. Antoniū pscriptisti. Salue prim⁹ omnium pa-
rēs patriæ appellate. primus in toga triūphū: linguæq; laurea merite: & facundia litterarū latinarū pa-